

4727 [= 4021] Carinule IVC. (Ver. m. 2), ZENON. Carinolae in turri camp. eccl. episcopalis PELLEGRINVS, BRVNN, EGO. Quod praescribitur apud antiquissimos auctores 'Petri Suesani' FERR., 'apud Petrinum Suessanum' IVC. (Ver. m. 1), ALC., AP., corruptum est ex versu Horatiano (ep. 1, 5, 5) *inter Minturnas Sinuessanumque Petrinum* (cf. Porphyrio ad h. l.: *Petrinum vicus olim et locus in agro Falerno*, item Cicero ad fam. 6, 19, 1), nec dubium est qui haec praescripsit et ipsum Carinolam significare voluisse. — Caleni BON. errore.

L · PÁPIVS · L · F · TER · POLLIO · DVO · VIR · L · PAPIO · L · F · FAL · PATRI
MVL SVM · ET · CRVSTVM · COLONIS · SENVISANIS · ET · CAEDICIANEIS
OMNIBVS · MVNVS · GLADIATORIVM · CENAM · COLONIS · SENVISANIS
ET · PÁPIEIS · MONVMENTVM · HS ΕΙΣΘΟ ΕΧ · TESTAMENTO
5 ARBITRÁTV · L · NOVERCINI · L · F · PVP · PÓLLIÓNIS

Recognovi post Brunnium. Est in vol. I n. 1199 et in tabula Ritscheliana XCIV A. Habet iam Ferrarius cod. Reg. f. 101, a quo pendent Iucundus Veron. f. 163 manu prima et Alciatus Feae f. 75'. Manu secunda apud Iucundum l. c. exhibetur emendata ad lapidem; inde Bononius Ott. f. 35 et Augustinus apud Peutingerum cod. 527 f. 85 et Metellus cod. Vat. 6039 f. 331' ex Iucundianis Gulielmi et fortasse Iucundi appendix Zenoniana f. 215'. Pendet ab his Apian 105, 1 (inde Manut. orth. 610, 5; Ligorius Taur. 5; Smet. 164, 44) et add. (ex utroque Apiani textu Grut. 448, 4); citat quaedam inde Panvinius Rom. ed. 1558 p. 748. 750. 751 (inde Manut. orth. 172, 7; ex hoc Grut. 897, 8). Denuo ex lapide Pellegrinus Camp. fel. p. 153 et ex eo Ajossa inter Mazochiana. Habet item Menna Carinola 1, 50. Affert verba quaedam Holstenius ad Cluver. p. 224. 249, cui descripsit Guevara Teanensis episcopus.

Variam lectionem plenam adieci Ferrarini et Iucundi (Ver. m. 2). — Apices omittunt priores, nisi quod 1 supra A, 5 supra prius O enotavit Iuc. — 1 II-VIR Ferr., emendavit m. 2 Iucundus. — 2 CEDICIANEIS Ferr. — 4 PAMPIEIS Zen. — in fine add. VIAE-SUPERIORIS-ET-HEREDES Ferr. Alc. Ap., delet Iucundus.

Ex testamento patris L. Papii L. f. Fal. filius L. Papius L. f. Ter. Pollio (patris filiique tribus qui fiat ut differant, nescimus) in honorem illius haec fecit. Primum mulsum et crustum, fortasse in exequiis, dedit colonis Sinuessanis, item iis qui degerent in vico Caediciis. Eius vici meminerunt fortasse Livius 22, 36, 7: *Caediciis (caedes Put.) aquas fonte calido gelidas (fonte callidos Put.) manasse*; certo Plinius h. n. 14, 6, 62: *Faustianus (ager incipit) circiter IIII m. p. a vico Caediciis (caedicii Mon., caedios reliqui), qui vicus a Sinuessa V (sic Mon., VI reliqui) m. p. abest*; idem 11, 42, 241: *proximum urbi (caseum) Vescinum (uestinum libri; cf. praef. Sinuessanarum) eumque e Caedicio campo laudatissimum*; Festus ep. p. 45: *Caediciae tabernae in via Appia a domini nomine sunt vocatae*. Deinde munus gladiatorium datum est omnibus (ita enim iam crediderim verba iungenda esse). Item cena data est colonis Sinuessanis et praeterea iis qui nomine Papii essent. Denique monumentum factum est ex testamento impensis sestertium XII milium, arbitrato L. Novercini Pollionis.

4728 [= 4026] basis, rep. a. 1785 in agro S. Ianni a ponte Campano prope Carinolam GIORN. ENCICL.; rep. a. 1794 in *Civita rotta tenimento della città di Carinola* MASTROMINICO. Extat in museo Neapolitano.

D · M
M · COCCEIO NEPOTI
COCCEIA CELERINA
MATER · FILIO
5 RARISSIMI · EXEMPLI
PIETATIS · ERGA SE FECIT
urceus QVI HOSPITIO · LVCIS patera
FRVITVS · EST
ANNIS · XXXVIII · M · IIII ·
10 QVEM · NON · VIRTVTIS Verg. Aen.
EGENTEM · ABSTVLIT XI, 27. 28.
A · LVCE · ATRA · DIES · ET
FVNERE · MERSIT · ACERVO

Descripsi. Ed. Marchioni *Giornale enciclopedico Napolet.* 1785 Mai. p. 99 (inde Lupoli inser. Corfin. ed. 2 p. 192); Mastrominico *vico Fenicolense* 1802 p. 92, cui dedit parochus Paschalis Martini; Gervasio *iscr. Messinesi* p. 29; Fiorelli cat. n. 1064. Henzen 7375.

12 A·LVCE additum est ad Vergilianam.

4729 [= 3970] rep. *Casal di Carinola*, deinde apud Danielem ZONA.

COCEIO
L · COCEIVS · TERTIVS
L · COCEIVS · CARPVS
IN · FR · P · XV
5 IN · AGRO · XV

Zona *iscr. Calene* (1808) p. 14, Calvi ed. 2 p. 231.

4730 Carinolae in turri campanaria.

CVRTIA · C · L · EPISTOLIO · FECIT
SIBI · ET · C · SEXTIO · VIRO · SVO
A R B I T R A T V
C · SEXTI · ANCHIALI · ET · IVTORIS · LIB

Recognovi descriptam a Brunnio. Ed. Menna Carinola (1848) 1, 44 pessime.

4731 Carinolae in ecclesia maiore.

C · IVLIVS · PHILIPPI · L · AGATHOPVS
VARIA · C · L · NAPE

Peutinger cod. Augustan. 527 f. 85 omnino ex schedis Augustini Tyferni.

4732 Carinolae.

VALERIAE · VENERIAE
MATRI · AVREI · CVPID
FILIAE · DVLCISS · MONCCPP

Menna Carinola 1, 44.

Vv. continuantur traditurque 2 MATRI...AVR...ET, 3 DVLCISS...MON...CC...PP...

4733 [= 3979] Ciambresci in ecclesia.

D · L · F · CIALE OA
VINICIA

Zona *iscr. Calene* (1808) p. 22, Calvi ed. 2 p. 202.

LVI. SINVESSA (Mondragone).

Senuisa olim (sic in titulo vetustae aetatis n. 4727), postea modo *Sinuessa* (sic in titulo Allifano IX, 2318 [*Sin*]uesanis), modo et saepius *Sinuessa* (sic n. 3833. 3844. 3930. 4737. 4738, cf. C. I. Gr. 5956 = Kaibel epigr. Graeca 810: ἀπαῖς . . . Σινουησίον), Graecorum quondam urbs, si credis, *Sinope* (Liv. 10, 21, 8; Plinius h. n. 3, 5, 59), secundum alios vero Latine appellata a sinu maris (Strabo 5, 3, 6 p. 234), sita, ut Livius l. c. ait, *in saltu Vescino* et quodammodo substituta antiquo oppido Ausonum Vesciae (Liv. 8, 14, 5. 9, 25, 4. 10, 20, 1. c. 31, 2; Lucanus 2, 425; Cicero de l. agr. 2, 25, 66; Ste-

phanus Byz. s. v. Βεσσία), postquam Ausones Romani devicerunt a. u. c. 440 (vide praefationem ad Suessanas), coloniam civium accepit a. u. c. 459 testibus Velleio 1, 14 et Livio 10, 21 ad a. 458 (cf. 22, 14, 3): *placuit ut duae coloniae circa Vescinum et Falernum agrum deducerentur, una ad ostium Liris fluvii, quae Menturnae appellata, altera in saltu Vescino Falernum contingente agrum, ubi Sinope dicitur Graeca fuisse, Sinuessa deinde a colonis Romanis appellata: tribunus plebis negotium datum est, ut plebi scito iuberetur P. Sempronius praetor triumviros in ea loca colonis deducendis creare. nec qui nomina darent*